

Josua Arnd

Josuaë Arndi[i] De Contemptu Philologiae Dissertatio. Exhibens Dialectorum inter se vinculum in L.L. Graecâ & Hebraeâ, Lat. Ling. aetates quinq[ue] calculo Cl. Barthi[i], & Clarissimos in Philologiâ viros ab aevo recentiori, concinnata & habita In alma Rostochianâ Anno cl Ic XLV, XXV, Septembr. notisq[ue] illustrata

...

Rostochii: Typis Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729965899>

Druck Freier  Zugang



~~XXVI. 15.~~

19. 8.

Ob-699.
~~C.H.a. 3073.~~

JOSUÆ ARNDI,
DE CONTEM-
TU PHILOLOGIÆ
DISSERTATIO.

Exhibens Dialectorum in-
ter se vinculum in L.L. Græcâ & He-
bræâ, Lat. Ling. æ tates quinq; calculo
Cl. Barthi, & Clarissimos in Philologiâ viros
ab ævo recentiori, concinnata &
habita.

*In alma Rostochianâ Anno c1o 1oc XLV,
XXV, Septembr. noviq; illustrata*
Jof. Scalig. I. C. fil.


Ego multos quotidie studiosos vi-
deo, paucos doctos, in doctis paucos
ingeniosos, in semi doctis nul-
los bonos.



~~Krey~~

ROSTOCHII,
Typi NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XLV.

67



Optima spei adolescenti
JOHANNI ALBERTO
COTHMANNO,

suo
D. D.

NON quod vulgò solet, pro hamo
Tibi hunc meum bidui labo-
rem, si labor dicendus, amicorum
optime, mitto, sed pro munusculo.
Quod eò lubentius accipies, quò ju-
cundiozem mihi omni auro vides
esse tuam amicitiam. Vale. 28. Sept.
Anno Domini 1645 XLV, è
musèo.



Josua Arndius.



M. ANDREAS TSCHERNIN-
GIUS, P. P. P. & p. t. Philof.

Decanus.

Lecturis S. D.



St fanè, quod Heracli-
tus ex animo fleat, & cum
eo Charitum illa & Musa-
rum focietas, omnesq;
adeò qui bonas literas
amant, colunt atq; servatas cupiunt, Ita
LINGUARUM simul & UNIVERSÆ
LITERATURÆ MELIORIS studia
apud pleramq; juventutem nostram ho-
diè miserabiliter frigent! Examine-
t cordatus quispiam, ut affirmationi meæ fi-
dem faciam, non amantis affectu, sed ut
apud Pindarum est, *βελταῖς ἐν ὀρθαῖς παιδά-
μασι*, libellorum operumq; dedicati-
ones, & cumprimis, quæ magno numero
abortiuntur, in Promotionibus, funeri-
bus, nuptiis carmina, aliaq;? Nullam in

A 2

-qui

quibusdam aut raram latinitem vel cum
Diogenis lucernâ, sæpè Priscianum vapu-
lare inveniet. Errores, quibus meritò al-
linat atrum Transverso calamo signum.
Optimi tamen studentes, cum discere sta-
tim maxima cupiant. Si enim, quæ Vulgò
præcipuæ laudes habentur, in argumen-
tando satis arguti, & in respondendo non
incauti sint, & quâcunq; de re agatur, ab-
undè loquaces, illicò nimirum Coelesti-
bus æquari se posse autumant. Palmam
adepti, priusquam ex carceribus exierint.
Deinde ex hoc magisterio illotis, quod
ajunt, manibus pedibusq; cruda studia in
sacra, in jura, in medicinam ambitiosi pro-
pellunt, & emittij testimonij libro adjuti
prorumpunt ad ægrorum fatum, ad clien-
tum ruinam, ad animarum perniciem.
Divagati aliquandiu in hoc stultitiæ &
inanium opinionum circo tandem de-
niq; seriò licet serò, qui non obesæ naris,
perspiciunt emendantq; errorem, adeòq;
redintegrato studiorum curriculo, vel ut
à meta ad carceres redire incipiunt. ô seri
studiorum! Ne fortasse simili seducan-
tue

tur ἀμεθοδία, quibus melior mens est, etiam
atq; etiam caveant necesse est. Sunt, fa-
teor, in mundo exempla magnorum viro-
rum, qui vitæ superioris errores serò li-
cet agnoverint, felicissimè tamen ad no-
minis sui immortalitatem emendârunt.
Quorum vestigijs semper & ubiq; insiste-
re neminem jubebo. Periculum est, ne
forfan usuveniat, quod ab Alexandro M.
militi cuidam: Cùm enim rex explicatis
jam aciei ordinibus militem quendam vi-
deret amento hastile aptantem, è phalan-
ge ut inutilem ejecit, qui tùm demum
arma pararet, cum ijs esset utendum. Sa-
pienti sat dictum. Omne verò juventutis
literariæ bono. Ut enim, ait ille, viti peda-
mentis quibusdam acridicis opus est, ne
jaceat, sic juventuti monitis, ne cadat.
Nostrum non est hanc in præsenti causam
disceptare pluribus, cum Præstantissimus
ac Doctissimus adolescens JOSUA ARN-
DIUS, Güstroviô-Mechelburgicus, pro-
ximo sequenti die Jovis, qui erit 25. Se-
ptembris, volente DEO, horâ nonâ ma-
tutinâ in aëroaterio majore, recitaturus

Vit Orationem, quam de eodem argumen-
ti genere nempè De Philologiæ CON-
TENTU, eruditam ac elegantem do-
mi conscripsit. Vestrum erit Magnifice
DN. RECTOR, Reverendi Consul-
tissimi, Experientissimi, Clarissimi omni-
um Facultatum Dn. Professores, verbi di-
vini ministri, Philosophiæ Magistri, no-
bilissimi item & Præstantissimi Domini
studiosi, adeòq; omnes omninò literati,
literatorumq; Fautores; vestrùm, in-
quam, erit favere adolescentis conatibus
& æquanimitate audiendi, crescendi co-
piam dare. Quamvis enim ultrò ac per se
in optima quæq; rapiatur erecta adoles-
centis indoles; tamen sicut equi haut de-
generes, ita & meliores animi majore
alacritate capeffere solent præclara, si
plausu & acclamatione adjuventur. Ro-
stochI ad d. 21. Septembr. Anno repa-
ratæ gratiæ M. DC. XLV.


Sic

Sic igitur non es Phœbejos inter alumnos,
Qui spes præcipitant ambitione suas.
Est tibi religio Sacra contrectare Jehovahæ,
Sic nisi læva prius dextraque lota manus.
Illoti sese penetrant in templâ Deorum,
Quotquot linguarum cognitione careant.
Tu melius sentis, Heliconie pulle sororum,
Quod tua testatò pagina docta probat.
Cum facias, quod cerno, gradus cum laude laborum,
En tibi vaticinor polliceorque GRADUM.

Andr. Tscherningius, P. P. P.

& p. r. Colleg. Phil.

Decanus.



Visus erat linguæ lucem donare MELANCHTON
Et pridem ERASMUS nebulas dispellere visum.
Successere alij. Nostra hæc Academia plures
Barbaria pestem, se se queis efferat offert.
Hos inter pars magna fuit CASELIUS alter
CHUTRÆUS quoq;. Tuq; meus KIRCHMANNE Ma-
gister.

Nunc, ruere in pejus cœperunt omnia primam
Atq; in barbariem Martis Clangore revolvi.
Non tulit hæc ARNDI generosum pectus, utramq;
Nititur ille orco linguam revocare favesc.


A 4

Ad

*Captū Auditor Lectore. scio imo favebū
Nū tumidum liyor tenet, aut stupor urget inertem.*

Suo Arndio deprop.

M. Casparus Mauritius,
Log. Prof. publ.



Ad Literatissimum

JOSUAM ARNDIUM,
De Contemptu Philolo-
giæ differentem.

TRistantur Musæ! plorant sua funera
Linguae:
Tu voce hanc damnas, ARNDIE, bar-
bariem.

Pergito sic! virtus, expers & adorea Lethi
Promittunt studijs præmia certa tuis;

Inter occup. deprop.

M. Augustus Varenius.



Josua



Josuaë Arndt,
DE CONTEMPTU PHI-
LOLOGIÆ DISSERTATIO.

Invidiosissimam rem aggredi mihi videor, Magnifice Domine Rector, Excellentissimi Domini Professores, Patres, Fautores & Patroni, Vosq; Nobilissimi Eruditissimi, Humanissimi Domini studiosi, Omnes omnium ordinum quotquot adestis Literaturæ humanioris Cultores, Amatores, Domini mei honoratissimi, invidiosissimam, inquam, rem aggredi mihi videor, in tanto litteratorum confesso verba facturo de Contemptu Philologiæ; Neq; tantum invidiosissimam sed difficilimam etiam cum facilius sit in triplici facultate hodiè Doctorem fieri, quàm semel orationem Romanam aut Ciceronianã elaborare. Quod aliquando Vir magnus Wittebergæ è Cathedra

thetra declamare non erubuit, quodq;
perfectò dum legerem, non potui, quin
in portu dissertationis meæ proumbone
fronti meæ, cuius meritò accusari potero,
obducerem aduersus omnes genuini ful-
minis ictus. In tantis proinde ausis cum
jure accidere in me possit, quod magno
illi Platoni contigit, qui vix dimidiatam
periodum pronunciare poterat turbæ
strepitu saltè offensus; Divino Theo-
phrasto, qui progressus in concionem pro-
tinus obmutuit; Marco Tullio Eloquen-
tiæ Romanæ Parenti, qui semper indecor-
rà trepidatione perinde quasi puer sin-
gultiens exordiri consuevit; A vestro ta-
men, Auditores Opt. Max. favore inge-
nium veniet, quodq; à me non habeo, à
vobis accipiam, ut si fortè non tenuero,
quod minor, magnis tamen excidisse au-
dis videri possim, majoremq; quod certè
magnum est, invidiâ animum à vestrà in
me dicentem benevolentia induisse in-
Colophone gloriandi habeam occasio-
nem. Adeste igitur æquis animis, omnes
Humanitatis Cultores, Amatores, Defen-
fores,

fores, meq; in hoc circo stadium decur-
rentem felici applausu ad metam promo-
vete, omnia quæ dicturus ita accipientes,
ut me istius studiosum, Vos admiratores
esse memineritis. Nullam rem tantoperè
admirari soleo, quàm quidem illam Lin-
guarum conturbationem, quâ in tot po-
pulus gigantea gens abiit, quarum omni-
um, calculo Clementis Alexandrini dua-
rum & septuaginta, D E U S ita rationem
habuit, ut unicuiq; sua constaret dialectus
& Tempus, præsertim Hebrææ, Græcæ,
& Latinæ, infantia, inquam, adolescen-
tia, status, senium. Dialectum, ne quis hic
erret, puto $\pi\eta\iota\iota\ \acute{\alpha}\pi\omicron\ \tau\tilde{\epsilon}\ \delta\iota\alpha\lambda\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\iota\nu\ \text{non}\ \acute{\alpha}\pi\omicron\ \tau\tilde{\epsilon}\ \delta\iota\alpha\lambda\acute{\epsilon}\gamma\omicron\varsigma$. Est enim $\delta\iota\acute{\alpha}\lambda\epsilon\kappa\tau\omicron$ propriè lin-
gua differens, nam $\tau\omicron\ \gamma\lambda\acute{\omega}\tau\iota\alpha$ latet elegan-
ter, ita dicta, quod differat illà natio à na-
tione, populus à populo, gens à gente. Ca-
vendum itaq; hic erit, ne illa Aristotelis
de Poëticâ $\eta\ \tau\tilde{\eta}\varsigma\ \Phi\omega\nu\tilde{\eta}\varsigma\ \gamma\lambda\acute{\omega}\tau\iota\eta\ \delta\iota\acute{\alpha}\rho\theta\omega\sigma\iota\varsigma$ cum
illà quæ $\Phi\omega\nu\tilde{\eta}\varsigma\ \chi\alpha\rho\alpha\kappa\tau\tilde{\eta}\varsigma\ \epsilon\theta\nu\iota\kappa\omicron\varsigma$, quam intel-
ligimus quoties dialecti mentionem faci-
mus, confundatur. Mirū quantum inepti
hic fuerint illi, qui de Græcis $\delta\iota\acute{\alpha}\lambda\epsilon\kappa\tau\omicron\nu$ tan-
tūm

eum dici, de reliquis omnibus gentibus,
uno verbo, barbaris γλώτταν voluerunt,
contra quam optimis Græciæ Scriptori-
bus, Josepho, Herodoto alijs usurpatum.
Stat ergò dialectum esse ἔθνικὸν χαρακτῆρα,
atq; reciprocari inter se & σχετικῶς conne-
cti ἔθνη & διάλεκτον. Nulla enim gens aut
natio in habitatis terræ partibus vivit,
quin etiam proprio & certo sermone cen-
seatur. Quare & rectè inter veteres ferè
constitit, totidem linguas quot gentes
fuisse, quanquam Vir omnis literaturæ
scientissimus ex Isidoro contrarium col-
ligere videatur. Plures namq; gentes γενι-
κῆ usas fuisse docet in plures ἰδικὰς divisâ.
Veriorem hinc meritò assertionem puta-
mus, ἀπειλήπτες esse τὰς βαρβάρων φωνάς.
In hac linguarum varietate, quid divinâ
suâ sapientiâ dignius efficere potuit Deus
ter opt. ter Sapientissimus, quàm quòd
suum cuiq; proprium & quasi ἐμφυτον atq;
ab ipso primordij ejus momento peculia-
rem loquendi & enunciandi modum ab re-
liquis differentem accommodavit. Quod
equidem ita demixari soleo, ut nulli post
hanc

hanc admirationi locum animo relin-
quam. Neq; verò hic ita cum admiratio-
ne in errorem abeo, quasi ita καθολικὴ hæc
sit discrepantia, quin fortè unum atq; al-
terum ἰδιωμα istius linguæ sit & alterius.
Nam in Hebræâ, Latinâ & Græcâ hoc
adeò manifestè deprehendimus, ut non
tàm singulas voces, quàm conjunctas sed
& ipsam vocum deductionem, flexionem,
constructionem; imò integras phrasas, lo-
cutiones, proverbia habeant communia
Quæ quidem hic colligere non minus fu-
erit operæ, quàm Icarij guttas enumerare
maris. Græcorū ne hoc χαρῆν, χαίρειν λῆρον
ληρεῖν, μωρίαν μωρίεσθαι, ὀλεθρον ὀλέσθαι, Φυγὴν
Φεύγειν εὐδειν ὑπνον, βλάβησθαι βλάβην, quod
dixit Plutarchus, Euripides Oppian⁹, sed &
Æschylus, θανάτω θανατῆσθαι, ἰδόντα ἰδεῖν, ἀκρί-
οντα ἀκρίειν? Atqui convenit cum Hebræis
& Latinis. Servire servitute, Plautus,
quem puto Latinè loqui, aut fefellit M.
Ter. Varro qui Ælium Stolonem dixisse
scribit, Musas Plautino sermone locu-
turas fuisse, si latinè loqui vellent; pugna-
re pugnam, cœnare cœnam, & alia isti
scri-

scriptori tam sunt familiaria, quam quicquam aliud. Filius mortis, filius arcus, filius bovis dicit Hebræus. Hebraïssat Horatius Fortunæ filius, filia sylvæ pinus; Atqui & Pindarus *ἡμέρα παῖς ἡλίας, πρὸ φασίς θυγάτηρ ἐπιμηθεός* Euripid. *ἡχὰ πέτρας παῖς*, plane ut Hebr. *בְּתוּלַת מַלְחָמָה* καὶ μοῖ puto esse Græcum, nisi forte Anacreon nescivit Græcè, atqui & Hebræus ita dixisset, non minus quam *לִי וְלִי וְלִי* dixit. Sordemus in oculis vestris, dicit Hebræus, imitatur Poëta: Sordent tibi munera nostra. *εὐποιεῖν τινα* puto Græcè dictum à Xenophonte, Phalaride, alijs, sed jam ante ab Hebræo scriptum *הִשִּׁיב אֶת צִיָּה*. Vade tibi è terra, inquit Hebræus. Quid ait nobis Sannio, dicit comœdia, *πῶς ἡμῖν ἔχεις*; Græcus & si fas addere, alludit Teutiscus. Cognoscere feminam, est è Judæa, Intra annum vicesimum feminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent, è Latinæ Linguæ altero parente Cæsare l. 6. de bello Gall. Turpiter illa virum, cognovit adultera virgo, Ovid. Quis pro quæ dicit Hebræus. (Sectabor enim & minu-

minutissima) & Plautus. Quis ea est ; & :
quisquis est, de muliere, & Liv. quisquis
es mulier, quin & Varro : Quis itio ? & Pa-
cuvius quis tu es mulier. *Αγαθή τὴν τύχην χρῆ-
σαι* est pure Græcum & purè Latinum,
prospera fortuna uti. *επιπτεῖν παρθένης* ele-
ganter dicit Græcus, habet inter flores La-
tinus, Excidere virgine. *λαλῶν ἐστὶ*, Græ-
cus, *שׁוֹשׁוֹן יְהוּדִי* Hebræ. omnia sunt pen-
dentia Ovidius, Socrates est loquens, Ci-
ro. Metaphoram à DEO sumunt Hebræi
augustum quid & magnum descripturi,
facit idem Latinus, Divinus Plato, Cic.
Divine Poëta, Virgilius, accedit & Græ-
cus, *θεῖα κεφαλή*, *θεῖα ἀνὴρ* Phalaris. *הנהגה*
dicit Hebræus. *ἀπὸ τῶν ἑνῶν* Græcus ὁ πρὶν χρῆ-
νός, Sophocl. Carmen ad docendum, Hebræ.
Canes ad venandum Latin. Idem in Gal-
licismo ostendit alicubi vir Græcæ Lin-
guæ quasi alter Hercules. Unum anxie hic
attendendum, venire propria quasiq; na-
tivo cujusq; Linguæ decore foveri sen-
tentias quasdam, subnixasq; certis Idio-
tismi fulturis sustineri, quas in aliam quasi
Coloniam si deducas, iidem sanè sint ci-
ves.

ves.

ves, gratiam pristinae commendationis non retinebunt. Sunt pigmenta quaedam Hispanicae argutiae, Thufcae eloquentiae, Gallicae Veneres, Germanici impetus, quae si cum exteris commutentur, sensus quidem manet, flexus commensusq; verborum, & numerorum amittit vegetum nitorem illum, illamq; lucis elegantiam, quibus eminebant in auribus indigenarum. Diffundere hic me in vastissimum elocutionis flumen possem, nisi meminissem aetatum supra mihi factam mentionem. Quas de Philologia dicens Latinae Linguae ab ultima usq; infantia ad extremam senectutis faciem revocare eriperae pretium. Infans fuit Lingua Romana sub Evandro & Carmenta, quorum ille primus Italicos homines legere & scribere edocuit litteris, quas ipsa antea didicerat, haec omnium Literarum peritissima futurorumq; prudens versibus canere solita à Carmine nomen accepisse putatur, vel, quod volunt, alij carmina Carmenta appellata fuerunt. Ab his ad Reges usq; balbutire coepit sub Romulo & Re

& Regibus formare vocem, eluctata ho-
sce ante Terentium loqui cœpit per Li-
vium Andronicum, Titinnium, Catonem
Censorium ad eò austerè, ut facilerè prodat
cultores suos fuisse rusticos, Tum per Lu-
ciliam, qui primus styli nasum condidit,
Pacuvium, Ennium, Afranium, Pompo-
nium, Nævium, Nonium, Attam, Cœci-
liam, quorum fragmenta Nonij, Carisij,
Prisciani, Agellij Grammaticorum dili-
gentiæ accepta ferre debemus, collecta
uno voluminè à viro laudatissimo, H.
Stephano. Adolevit in M. Accio Plau-
to, qui quasi Latinæ Linguæ lex habitus
fuit & Terentio Latinæ limæ, quem
quantus est Plautus fecit. His debes, La-
tium, serperastra, per hos cœpisti loqui,
Roma, per hos caput extulisti! Stetit in
altissimo gradu. M. Tullio Cicerone, qui
nominis nomen exiit, ut Eloquentiæ in-
duceret, qui effecit, ne quorum arma vice-
as, Roma, eorum vincere ingenio, o-
mnium triumphorum lauream adeptus
majorem, quantò plus est ingenij Roma-
ni terminos in tantum promovisse quan-
tum

B

tum

tum Imperij. Salve Auguste Imperator,
qui Latinam Linguam stantem atq; in id
evectam vidisti, supra quod ascendere
non poterat. Hic est status, hoc summum
Romanæ Linguæ fastigium in quo posi-
ti secundum Tullium, Cæsar, de cu-
jus eruditione nihil nobis invida tempo-
rum tempestas reliqui esse voluit præter
Commentarios de bello Gallico & Ci-
vili, Orationes, Anti Catonem, de Ana-
logia quos scripsit injuria temporum in-
tercepit, quorum, ut & aliorum præter
memoriam habemus nihil. Hic prodi Ti-
te Livi, & ex postula injuriam cum ijs, qui
Patavinitatem Latinismo tuo impingunt
quid Patavinitas sit planè ipsi nescientes
Nam qui arbitrantur consistere illam in
elocutionibus & dicendi genere, fallun-
tur longè. Asinius enim Pollio quem Li-
vio hanc maculam inussisse scribit intel-
lia Quintilianus l. 1, 5. per patavinitatem
nihil aliud intellexit, quàm voces aliquo
Patavini soli Italicas quæ delicatis auri-
bus Romanorum in utilitate erant & pro-
inde duræ esse videbantur. Quarum jam
nihil

nihil amplius in Livio deprehendi, sed
in alijs, Operibus, quæ intercidere appa-
ruisse non tam verosimile est quam ve-
rissimum. Hic sese effert Maronis in ac-
cessa altitudo, Catulli eruditio, Tibulli
lepos, Propertij dulcedo, quem mulsa lo-
qui alicubi scribit Lipsius, Ovidij facili-
tas, Sallusti cum brevitate gravitas, Sallu-
sti, inquam non Salusti. Neq; prorsus ab
hisce sequestrandi, Seneca, amor Lipsi,
Plinius uterq; Vellejus, Curtius, subactæ
Latinitatis auctor, Aseonius, Quintilia-
nus Romanæ togæ gloria, Vadianus, Pe-
tronus elegantissimus ille nequam & pu-
tissimus penis & purissimus Latinus, Va-
lerius Maximus, Corn. Nepos s. quisquis
ille, Lucanus, ille omnium Criticorum,
vibice insignis, nimirum tali: Hic non est
Poeta, Phædrus, Val. Flaccus, à Justo Zin-
zerlingo, quem honoris causa nomino
æterno hujus Urbis ornamento notis illu-
stratus, Germanicus, Persius, illa Gramma-
ticorum crux, Corn. Tacitus, auctor gra-
vissimus, Suetonius Tranquillus, à quo
Ætatem tertiam auspicamur, Juvenalis

B a

ille

ille Satyrarum Princeps, Agellius, Agel-
lius inquam, non Aulus Gellius, Martia-
lis, Papinius non ut vulgò Statius, Silius
Claudianus. Hi sunt qui ruentis Latini-
tatis impetum quasi obicibus objectis
sufflaminarunt. Jam cœpit canescere vi-
ridis illius Romani floris ætas *quarta* vis
adeunda nisi iudicij firmatioribus, quibus
jam sua constet ratio in auctoribus alburno
discernere nigro. Qualis est Appulejus
ineptissimæ vernilitatis affectator, in-
paucis tamen sanè non aspernandus, Ap-
pulejus dico, non Apuleius, Tertullianus
merito suo à Scaligero & Casaubono in-
ter inculpatæ Latinitatis auctores posi-
tus, Martianus Capella, cujus florida lu-
xuries non patitur eum intra terminos
consistere. Arnobius, Sidonius Apollina-
ris, Ennodius, Dracontius, Firmicus
Coelius Aurelianus Ammianus Marcelli-
nus, quo compositione nemo magis in-
conditus & lutulentus quo nemo phra-
ses unquam usurpavit duriores, incon-
cinniores ac rusticiores, Aufonius, Alci-
mus Avitus, Prudentius, Minutius Foelix,
Bo-

Boëthius, quem Valla docere voluit lati-
nè loqui at ille Vallam bene sapere, Vege-
tius Dictys Cretensis, Symmachus, Cassi-
odorus, Censorinus, Solinus, cum Devo-
nio, Herico, Ligurino Günthero Senectus
Romanæ Linguae extrema minata est.
Heic *quintam* constituunt Otto Frising-
ensis, Gothofridus Viterbiensis, Lam-
bertus Schaffenburgensis, Johannes Sa-
resberiensis, alijsq; Historici quorum o-
mnium vitas, scripta Cl. Vossius erudi-
tissimo de Historicis Latinis opere per-
censuit. Hic mortua Lingua omnium fa-
cile nobilissima non habuit qui exequias
iret vel saltèm qui funus indiceret. Lin-
gua omnium quotquot sunt per admiran-
dos rerum humanarum casus à primor-
dijs tenuissimis, per fines angustissimos
in latissimum evagata terrarum orbem
fastigium, quò reliquæ adnitantur non re-
liquit. Quæ juro Deū immortalem vix sub
Scoto & Thoma alijsq; suis impuris obse-
soribus nunquã æquè contentim habita-
fuit, atq; hoc, quo per omnes ordinum
gradus conclamatur ad extrema, seculo.

Quam si quis fortè iterum aggreditur, ad-
oraturus tantæ majestatis antiquitatem,
non pluris fit quam peniculus qui exter-
gentur baxeæ quin & *κατὰ χλευασμὸν* audit
Grammaticus, Criticus, Philologus &
quem pro laude titulum capere debebat,
accipit in loco maledicti, non secus, atq;
Augustus, cui pro opprobrio nomen prius
objici solitum, Thurini. Putantur enim
hi vulgò umbras rerum consecrari, soli-
dam expressamq; effigiem non tenere. Ita
Philologus vocatur annosus alphabeta-
rius, ultra elementorum rivulos, vocum
originationes, non progressus, & vanissi-
mo sententiarum strepitu hoc tantum
proficere, putatur ut cùm in publicum ve-
nerit, putet se in alium terrarum orbem
delatum. Criticus ineptissimus bonorum
auctorum Carnifex. Inscitiani nihil auda-
cius nec ad calumniandum promptius.
Quasi intelligant isti Lucumones, unde
illa ortum duxerit, aut quid verè sit quid-
veolim fuerint Critici. Edisseram paucis.
Ædiliū Curulium Romæ erat, curam ge-
rere carminum populo publicè exhiben-
do.

dorum; ea ne protruderentur aut incon-
dita aut talia, ut sibilum provocarent,
quinq; è literatorum numero *σαβδδχοι* di-
cti, electi sunt, quibus demandatum nego-
tium Poëtas in æde Apollinis recitantes
audire, & si quæ non sani coloris aut sapo-
ris publici, confodere. Hi in oculis totius
Urbis positi quòd sæpiùs publicè judi-
cium suum de poëmatibus recitarent, Criti-
corū nomen à vulgo reportarunt. Ideoq;
& à quibusdam Critici sunt existimati so-
lorum poëtarum censores esse, quasi reli-
qui, auctores extra numerū essent. Profe-
ctò nullum genus hominum magis pro-
dest studijs, quam illi, qui accuratè & fi-
deliter operam in bonis auctoribus emen-
dandis purgandisq; ponunt. Unius enim
literulæ erratum interdum etiam eruditis-
simis viris offundit tenebras. Ita illa di-
gnissima Critica scriptorum veterum nu-
tricula, ab istis veræ eruditionis retribu-
tis indignè vapulat, quæ sibi vindicat fe-
licissimos Cultores, Scaligeros, Julium
Cæsarem & Justum Josephum, quorum
hic non omnium dicebat esse emendare

bonos auctores, Justum Lipsium, cujus
conjectura vix erravit, Casaubonum
extra omnem aleam positum, Tur-
nebum, Muretum, & illum Casparum Bar-
thium qui in Adversarijs suis vicies octi-
es mille, si rectè commemorari, corruptos
auctorum locos restituisse gloriatur, à no-
mine ante animadversos. Olim apud
Græcos, Aristophanem, Aristarchum di-
scipulum Præceptore majorem, Cratetem,
Callimachum, Phrynichum, Apud Roma-
nos Varronem, Santram, Sisennam. I
nunc hircosa gens centurionum & obijce
istis Criticam, præpostero graviorum ob-
tentu; quasi naturaliam demum per sal-
tum agere inceperit, aut quasi non potiùs
ita ab omni literarum memoriâ inter sanæ
mentis homines constitit, ut per inferi-
ora ad superiora gradus sit faciendus, cum
& ipse Hercules Inferna tetigerit, posset
ut supera assequi. Quis hodie non cruda
adhuc studia propellit in publicum atq;
illotis, quod ajunt, manibus profilit ad al-
tiora. Quod si pateremur laborum gra-
dus fieri, aliter sese studia nostra haberent.
Nunc

Nunc pueri in Scholis ludunt, juvenes
cornicantur in foro, & quod utroq; gra-
vius est, quod quisquis perperam discit,
in senectute confiteri pudet. In senectute
autem? imò nec in ipsa juventute. Quod
monstrum majus amore sui? quo animos
juvenum etiam ad magna surgentes ve-
lut pestilenti quodam sidere afflavit illa
nunquam visa veræ eruditionis via. Ad
quam si cui ascendere non datur, gloriari
tamen in hoc licebit, vidisse se semitam
quæ eatur ad Arcem illam Sapientiæ, un-
de hominum errores longè latèq; despi-
cere queat, & passim videre quasi de spe-
culâ viam veri palantes quærere. Pace
vestrâ, Auditores Maximi, liceat dixisse,
contemptus Philologiæ, Linguae Latinæ,
dico, & Græcæ omnisq; humanioris lite-
raturæ omnem ingeniorum frugem per-
dit. Imperitia sua cuiq; mala est, sed igno-
rata pestis. Desultoriâ enim, & umbrati-
câ rerum scientiâ ludibriâ quædam exci-
tando effecit, ut omne eruditionis cor-
pus enevaretur atq; caderet. Ante secu-
lum nondam eò progressa erat ingenio-
rum

B §

rum

rum ambitio, quò jam nescio quo in vita
ta successu erepit. DEUS immortalis,
quæ ingenia, qui viri non juventutis an-
nos, sed omnes vitæ nervos intenderunt
Philologiæ, Linguæ Latinæ inquam &
Græcæ. Abibo à vobis in Italiam. Quæ
alia terra est, quæ nobis puritatis latinæ
vindices acerrimos, post eluctantem bar-
baras Longobardorum quisquilias latini-
tatem donavit? Ipsos sexcentos annos
quasi perpetua oblivione sepulta ante tre-
centos & amplius annos ab Orco revoca-
ta est à Dante Aldigerio Florentino sub
annū Christi 1320. Qui cum unus Hercules
istis bestijs depugnandis non esset secuto-
res habuit Franciscum Petrarcham disci-
pulum, Bocatium, quorum ille Anno
Christi 1341. post desuefactum ab aliquot
seculis morem Poëtas coronandi summo
populi applausu & acclamatione Romæ
in Capitolio donatus est laureâ, quam
ille deinceps ingenti nobilium pompa co-
mitatus tholo & umbilico testudinis tem-
pli Petri exemplum posteritati suspen-
dit. Quibus laudibus excipiam te, Lau-
renti

renti Valla, qui dubium melioris ne judi-
cij an elegantioris ingenij fueris. Ades-
dum, Angele Politiane, & qui olim in
Georgio Merula & Bartholomæo Scalâ
ne in minimum literæ apicem peccatum
patienter legere poteras, hic indignare!
Politissime vir, accersam umbras tuas, ut
gemant nostram vicem! Baptistam Man-
tuanum Philelphum, Ficinum, Barbarum,
Mirandulam sui ævi miraculum, Bero-
aldum, Agricolam, Antiquarium, Mure-
tum, Sadoletum, Longolium, Bembum,
Manutium, febriculosos Ciceronis affe-
ctatores præstat tacendo transmittere,
quam laudum eorum præstantiam culpa
ingenij deterere. Sed heus omittere non
debeo etiam strictissimis hisce lineis Ni-
colaum Leonicum, ejus opera Medi-
cina loqui apud Italos cœpit. Nec tem-
pero mihi quin hoc quaecumq; de isto
viro recenseam. A pueritiâ immò â cuna-
bulis ipsis ad annum ætatis 30. morbo
comitiali adeò tentabatur, ut quoties ad
se rediret pertæsus vitæ penè sibi manus
afferret. Sed post 30. annum planè coma-
le

lo defunctus omnibus membrorum ac
sensuum officijs integer, nullâ morbi su-
spicione ad XCIV. annum pervixit. Et
si benè memini, triduo antequàm decede-
ret de vitâ operam dederat lectioni Feli-
cem sanè senectam, quæ prius portum ap-
prehendit, quam navigationis incommo-
da sentiret! Descendam hinc per Germa-
niam. Philippe Melanchton ubi es? qui
olim tuam quamquam Linguarum
scientiam gratiorem tibi esse omni auro
aut imperio Turcio dicebas! Non ita
ἠφιλάργυροι sumus, facillè linguas auro mu-
tamus. Camerarij, vos Germaniæ lumina,
Sturmi, noster Cicero, Neander *ᾠθαρμά-
σιον κάρρα*, Fabrici eruditione quam famâ
major, Weitzel, Taubmanne tu lepidissime
Musarum pulle, Vossi æternum Palatinæ
terræ ornamentum, Caspar Barthi, vir su-
pra virum, & Conrade Celte ubi manes?
qui primus Germanorum ab ipsa Impe-
ratoris manu lauream accipere dignus vi-
sus fuisti! Euge fecisti viam non ad lau-
dem amplius sed ad omnium obtrectatio-
nem. Nam ut hoc in tanto festinationis
cur-

curfu inijciam. Fuit Witebergæ superio-
ribus annis, Thomas Adamus Siberus qui
pro tempore nomen suum scribere solitus
fuit hoc modo: Poëta non Laureat⁹. Ne vi-
delicet in malorum Poëtarū numero habe-
retur, qui pangunt iratis Musis & Apolline
versus. Quales hodiè aliquis dixit esse plu-
res in Germania quàm muscarum olim in
Armeniâ. Ita omnia in occasionē ab usus
arripit præpostera hominum ratio. Rapit
me amantissimum hujus studij Belgium in
quo profectò obmutesco. Nam quicquid
hic dixero, minus erit. Desideri Erasme
si viveres conscribillare te juberem Dia-
logum in nos ἀφιλολόγως. Musas omnes
iratas habeam, si hujus viri in exprimen-
do Tullio felicitatem ullus veterum aut
recentiorum est affecutus. Ita quicquid
scribit, quicquid dicit, merum Tullium
sapit. Heus Juste Lipsi, cum cujus larvis
nemo non voluit conflictari, resurge atq;
inspice nos, scio repetes quod olim dice-
bas, Fecisse quondam sectam sceptricos
faciant, nunc Psectici & erit magnus nu-
merus. Imò, mi Juste, major quam pro nu-
mero. Illustrissimi, Scaligeri, quis vos ex
tā.n

tam illustrissima Veronensi stirpe tot Re-
gibus atq; Imperatoribus cognata fortu-
næ acerbitate præcipitatos culmen nati-
vitatæ eruditionis fastigio supergressos
amat, colit, veneratur? Dicebas ad Rho-
domannum Juste Josephæ Fili, Te pescere
Hellenismum, neminem esse qui Græcè
velit. Summe Heros, aurum fuit præ no-
bis istud seculum! Quid Eusebio Tuo di-
vinus? Quis veneratur? De emendatio-
ne temporum majus? patrem enim illo
vicisse diceris. Quis miratur? Gruterum,
solo inscriptionum Totius Orbis terra-
rum opere immortalitatem meritum,
Douzas, Meursium, Scriverium, Heinsiu-
m, qui Scaligero placuit (hoc enim de
illo dixisse fat est) quoties nomino satis
me fecisse arbitror. Sed quis hic loqui-
tur? Salve re nascentis Antiquitatis ani-
ma Hadriane Turnebe, cujus adversaria
non minùs mihi somnos adimunt, quam
illi Atheniensi Miltiadis tropæa! Quis
non stupeat Isacium Casaubonum, cujus
Athenæum, Theophrastum, Persium,
Suctonium, Exercitationes in Baronium

(uti

(utinam hæ non affectæ) qui vidit tantum annon protinus exclamabit? Ingenium hic posuit quicquid ubiq; fuit! ô viros! quorum unum hic nuper amissimus, Hugonem Grotium. Itane, tu Rostochium fatorum jussu tot urbibus eripuiti bolum, ut componeres Grotium? Habet adhuc Belgium Claudium Salmasium, cujus vivi ut est magna admiratio, ita majus ab exequijs nomen in orbe ferret. Qui, hoc non possum quin dicam, Theologiam non ignorat, jus ad invidiam callet, Linguas orientales omnes non nescit, relictorus nobis aliquando exemplum viri docti maximum, & studijs nostris nostræq; diligentiae pudorem. Quis si quando Jura studemus, meros codices crepamus, meros Justinianes, Tribonianos, de Diphilo, Phrynicho, Hesychio, Thoma Magisto, Prisciano, Terentiano Mauro, Scauro, Charisio ne *μὴ* quidem? quin magis *ἰερῶν καὶ φασσῶν* quam Codicum Grammatica convenire posse credimus. Ubi es Cujaci qui publicè ad parietes Europæ nostræ affigebas! Ctos verborum

rum

rum peritiores esse quam Grammaticos.
Itane vobis etiam, vobis inquam, Hoto-
manne Rævarde, Fabri, Hoescheli, Brisso-
ni, Gifani, Rittershusi, Frehere, nihil cum
Grammaticâ? Græcismum quis Juris stu-
diosus transversis inspiceret? Dico aper-
tè ICTum Græcâ Linguâ æquè facile ca-
rere posse atq; Arabicâ Medicum. Nu-
gæ sunt, inquis, quid Medico cum Ara-
bismo? Audite I. C. Scaligerum Patrem
qui Medicus fuit ut si quis alius, verus
ait, Medicus potius Linguâ Latinâ care-
re potest quam vel Græca vel Arabicâ.
Illi tanto literarum flumine inundati scri-
bunt commentaria in libros sacros eâ
dexteritate, ut non dubitem, quin à The-
ologis ipsis laudem ferant & gloriam.
Nos studiorum pelagus vix ingressi, The-
ologiam invadimus. O Scaliger Scaliger
oraculum fuisti, cum dicebas, literæ sunt
merum Latrocinium. Profectò hi studio-
rum abortus non magis sapere possunt,
quàm bene olere qui in culina habitant.
Superciliosè obijciunt *τίκονι καὶ βαλανείῳ*;
Appello Te Grawere, Melanchton, Pe-
lar-

large, Itane miseri Theologastri Majeſta-
tem Theologiæ humili Philologia inqui-
naſtis? Sed obtundo, & mei & tui, Eru-
ditiffimum Auditorium, ita plane obli-
tus, ut quaſi cum Philologiæ hoſtibus mi-
hi reſ ſit, ita detonare non erubeſcam.
Ignofce audaciolæ meæ, ignofce. Abſor-
beor æſtu iſtius ſtudij, quod omnia Mu-
ſarum arboreta perambulat, tum ſacros il-
los & veruſtate venerabiles lucos, ubi
jugiter ebulliunt puriſſimi illi fontes, è
quibus veteres quia largitèr hauſerant,
ſupremum propè laudis & gloriæ Culmen
attigerunt. Quod laborioſos Gramma-
ticorum canones tractat, vocum origina-
tiones tanquam ungues tenet ingenio-
ſas Poëtarum fabulas in numero habet,
veterum Philoſophorum arculas perre-
ptat, Sapientiffimorum Theologorum,
ardua penetrat, ſollertiſſimorum abdita,
Medicorum & naturæ univerſæ venas
perveſtigat, ampliffimum Hiftoriarum
campum decurrit, Antiquitatem novit,
in Græcis & Latinis Scriptoribus quaſi
ſtudio ſuo exſultat. Ad ſummam, quod
C quide

quidquid in Poëtis lepidum apud orato-
res grave, in Annalibus fidele, inter Gram-
maticos eruditum est, haurit quasi justus
literarum omnium gurgēs & vorago. Hæc
est illa Philologia, qua gradum sibi ad ve-
ram eruditionem facit, quisquis sapit,
de qua alibi plura dicturus, hic veluti va-
sto decurso maris spatio lassam Cymbam
appello. Deum TEROPT. TFR. MAX.
TER. CLEMENTISSIMUM, hujus
per ducentos & amplius annos Academiæ
Protectorem omnipotentem humilimis
precibus deveneror, ut intantis rerum,
humanarum vicissitudinibus almam no-
stram Matrem adversus omnes insultan-
tis fortunæ impetus porrò ad extremum
usq; desituræ gloriæ suæ articulum inco-
lumem conservare, nosq; sub illius Numi-
ne tanquam umbrâ gratissimâ contra o-
mnem tempestatum furorem potentissi-
me propter Christum Jesum nostrum o-
mnium sequestrum clementissimum æ-
ternum adserere dignari velit. Tibi etiam
Magnifice Dn. Rector Vobis Excellen-
tissimi Dn. Professores, Patres, Præcepto-
res,

res, Fatores, & vobis studiosi per omni-
um ordinum gradus Nobilissimi, Erudi-
tissimi, faventissimi symphœtætæ omni-
bus & singulis honorem debitum, cultum
filialem, obsequium promptum, amorem
justum, officia pro facultate magna ad o-
mnes temporum & fatorum nutus submis-
sime defero, repromitto, sisto!

Terminalia.



C 2

Subi-

SUBITANEA
ad
DISSERTATI-
ONEM DE CONTEM-
TU PHILOGIÆ
JOSUÆ ARNDI.



NOTÆ.

Invidiosissimam rem] Ita nominabat Imperium M. Aurel. Probus. Vopisc. Cuspinian. Clüver.

Literat. human] Græc. uno nomine ἐγκυκλοπαιδεία, quod πάντα ἐν κύκλῳ, doceat, atq; in se contineat. κυκλικὸν γῆμα. Mathematicis est perfectissimum. Quintilian. l. i. c. 15. Orbis ille doctrinæ, quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Theon. Sophista: Νῦν οἱ πλείους τούτοις δέξασι τῶν τούτων ἐπαίειν, ὥστε ἐδὲ τῶν ἐγκυκλίων καλεσμένων μαθημάτων ἀπίσιν &c. Scalig. Quæ καθολικῶς fiunt Græci etiam κύκλῳ ποιῶσιν dicunt. Ut, κύκλῳ διδάσκειν παῖδα i. e. καθολικῶς & totum artium orbem à Grammaticâ usq; docere. Scripsit nostro tempore H. Alstedius.

Facilius sit] Taubm. Dissert. de LL. παρωδῶν verba Erasmi in De Pronunc. LL. Facilius est in triplici facultate Doctorem hodiè fieri, quàm semel boni Grammatici titulum promeruisse.

Umbone] Eadem Metaph. Oppian. ἀλι

a. v. 735, και σφιν ούκ ἐπλετο μήτηρ. Lips.
in Epist.

Portu] In portu impingere. Quintilian.
Gr. ἐν τῷ λιμένι προσκρῆν. Hieronym. 2. A-
polog. Ruffin.

Fronti] Frontem pono. Lips. ad Scaligi
Pers. Frontem perijisse. Hinc illa: Quâ
fronte hoc audes &c. Veteres enim ut in
supercilio sedem factus, ita in fronte pu-
doris ponebant. Plin. Douz. ad Tibull.
Gr. κατὰ φρυάσθ. Scalig. ep. 2. Si aliquam
frontem habent.

Genuini] Genuinum infigere. Pers. Hinc
illud Hor. quærens infirmo illi dereden-
tem, in fringet solido. Vid. Chiliad.

Platoni] Hoc in ejus vitâ legitur, cujus
orationis initium exstat: Quanquam o-
mnium natu &c. Tullius hoc ipse fatetur.
vid. Erasmi, Mor. & Listr.

Screpitu] Hinc ad fluctus declamabat
Demosthenes ut fremitum assuesceret,
vocè vincere. Cic. l. 5. de Fin. initio. Hinc
id. pro Mil. Fluctus concionum, & Ho-
rat. l. 2. ep. Garganum mugire &c.

Ingeni veniet] Crescet & ingenium sub
tua

tua iussa meum. Propert. l. 3, 8. Lucani ad
Pison. s. quisquis ille, Et vires dabit ipse
favor. &c.

Excidi. *aufis*] Quem si non tenuit, ma-
gnis tamen excidit aufis. ovid. de Phaë-
thont. In magnis & voluisse fat est. Tibull:
quod Politiani: ἀρκεί. ἐν μεγάλοις καὶ τὸ Τέ-
λημα μόνον. Agell. l. 1. c. 18. Non modò Læ-
lij ingenium non reprehendo sed indu-
striam laudo. Propert. l. 2. & 10. Ut caput
in magnis &c. Buchner. Ep. 26. Plin.
l. 8. Conf.

Major: in vid. *animus*] Lusi olim: In-
videt inferior, non insulto inferiori, Alti-
or invidiâ est, spernere quisq; potest.
Quisq; pro quisquis. Aufon. Pareto legi
quisq; legem sanxeris. Epigr. de Virgila
Longè erit à primo quisq; secundus erit
Rittershus. in Oppian. ἀλ. a. v. 305. q. vid.

Colophon] Strab. l. 14. Græc. πὴν κλοφῶ-
να ἐπιθεῖναι. Plat. Plutarch. alij.

Circo] Posidipp. in Saltant. ἰππόδ' ῥομῶ-
ς ἔτος ἐσίσει μαγειρικῆς. Prop. l. 4. Has meus ad
metas fudet oportet equus.

Stadium] Cic. 2. offic. Ter. Adelph. 5. 41

C 4

Græc.

Græc. ἐκστὸν σκεδίοισιν ἄρις. Cic. de senect.
Scalig. ep. 254. Tu perge in curriculo,
quod semel DEO duce & natura comite
ingressus es, jam spatiū non exiguum &c.

Metam] Meta est cursorum, scopus ja-
culatorum. Quod probè cavendum ne
confundatur. Virum magnum id fecisse
ridet Salmasius meus. Scalig. ep. 112. Eu-
sebio meo adhuc plurimum ad metas
relictum est. Vid. Lips. Saturnal. P. Fabr.
Agonist.

Applausu] ovid. l. 10, 11. Adijciunt ani-
mos juveni clamorq; favorq; Plin. Pane-
gyric. Cic. 3. Divin. ovid l. 2. Trist. el. 1.
Hinc illud in fine Comœdiarum Plau-
dite, Tertull. Quod superest, vos Valetè
& Plaudite. Appul. 3. Flor. dicere rebus hu-
manis Valere & Plaudere, Plaudere autè est
textricum, σπαθεῖν, κροθεῖν. Græc. Casaubon.

Gigantèa] Præbuit enim Ethnicis occa-
sionem fabulæ de Titanibus, Sabin. Me-
tam. 1. Ovid.

Duar. & septing.] verba illius sunt: Φαί-
νονται δέ εἶναι καὶ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον αἰ γενικαὶ
διάλεκτοι δύο καὶ ἐβδομή κεντα, ὡς αἱ ἡμετέραι πα-
ραδιδόασι γραφαί.

He-

Hebraee] ab Eber. Scalig. ep̄i 241. Ipsi Chananæi eos, qui ex trans Euphratensibus partibus ad illos veniebant, Hebræos i. e. *περαιίτας* vocabant. Vid. ibi planè vulgum supergredientia, ad Thomson.

Græca] *γραικοί* dicti sunt, à Rhagar. sic vocatos censet Salmasius. Fuerunt olim distincti ab Hellefin, *Ἕλληνας* & *γραικός* distincta gens fuit de quo id. Part. 2. Hellenist.

Latina] à Latio quod à latendo, quia Saturnus ibi latuisset, dici scribit Maro. l. 8. Ovid. Fast. 13. vel è Varronis sententiâ, à Latino rege, sic dicta uti Romana à Roma, quod in eâ excelleret. Dicitur & Lingua Latia ab ovid. l. 2. de Pont. & 3. & Plin. l. 3. c. 1. sermo Latialis. Sidon. Apollinar. Lingua Latialis.

Status] est *πίλει* & *χρόν*. In vita hominis annorum XXV. ubi jam firmata virum fecit ætas. Firmata ætas. Virgil. ætas constans & virilis. Aliàs status est *χῆμα* corporis & refertur ad habitum, statura autem longitudo est ejusdem. Donat. Eun. 3, 51

Dialectum] Hæc omnia Salmaf. Tract. de Hellenist. quæst. 1. & ult. part. 2. Conf. Casaubon. in Act. 10.

χαρακτήρ] Suidas: διάλεκτος & χαρακτήρ ἔθνικός.

Mirum quantum] Plin. l. 19. c. 6. Cic. *Mirum quantum sales in dicendo valent*. Agell. l. 9, 9. mirè quàm suave. Plin. l. 1. ep. 6. *Mirum ut animus excitet.* & ep. 9. *Mirum est quàm.* Talia sunt: immane quantum, incredibile quantum, justin. hist. l. 8. immensum quantum, Ammian. Sallust. Horat. Græc. τυτθὸν ὄσον, πλείστον, θαυμαστὸν ὄσον. Rittershuf. oppian. 4. Hal. v. 291.

Uno verbo barb.] Nam Græci omnes gentes distinguebant in Ἕλληνας & βαρβάρους. Plat. in Polit. totius generis humani divisionem in βάρβαρον & ἑλληνικὸν facit. Conf. Salmaf. Offileg. Hellen. Ab his superbiam mutuati Romani omnes præse vocarunt βαρβάρους. Barth. Adv. l. 35. c. 13. & l. 10. c. 17. ubi vid. & N. cum DE O ad Ep. Phalar. 49.

Stat] Virgil. stat conferre manum. stat pati. Plaut. Certum est, stabile est. Cic. verr.

Verr. solidum est. P. Victor li 14, 9. Siberi
exp. *ἑδονταίμοι*

Habitat. terr. *pare*] Græci *οἰκισμένῃ* di-
cunt.

Vir. o. *lie scient*] Hic est Cl. Salmaf. o-
mni laude major, qui & rectè in hoc colli-
git. Dabo enim exemplum; Syriaca lingua
est *γενική*, hujus *ἰδικαὶ* sunt: Babylonica,
Chaldaica, Talmudica, Hierosolymita-
na, Targumica, Maronitica s. Comagena,
quâ N. T. habemus, quæ & Antiochena
dicitur. Ita Germanica est *γενική*, hujus
ἰδικαὶ sunt, Misnica, Marchica, saxonica,
Austriaca &c.

In *errorem*] Incredibile quantum hæc
res monstri pepererit in N. T. stylo, quia
& in Plaut. & alijs auctoris. ut Hamen-
velt. Perire dona in eo notat Hebraiffare,
invenientur. Si hoc est Hebraiffare, suâ
linguâ loqui. v. Pent. 1. Disput. nostræ
Thes. 4. Sed de his cum DEO alibi.

Icarij] ovid. l. 5. Trist. El. 7. Icarix nu-
merū dicere coner aquæ. Georg. 2. Virg.
quot jonij veniant ad litora fluctus. Non
habet nomen ab Icaro sed ab Icaria Insulâ.

ἰκαρία

λίρον) Hinc. Plaut. liroe, liroe. Inde Latinorum, delirare, quod haecenus ineptè à lirà agri deduxerunt. De enim hic est *λίρον*. Ut in Deperire Plaut. Decertare, Papin. Defœda. Cic. ad Attic. deparcus Sueton. Depræliari. Flacc.

χαρὰν χαίρει.) Suid. Ἀπικόν χῆμά ἐστι τὸ εἰπόντι τὸ πρᾶγμα ἐπαγαγεῖν ἀπὸ τῶ πρᾶγματ' ὀνομα ὡς τὸ ὑβριν ὑβρίζεσθαι &c.

Æschylus) Hoc notat Salmaf. Præfat. de Hellenist. & è Pindar. Dan. Heinf. in N. T.

Servitutem) Plaut. Aulular. Virg. furere furorē. *Appul.* coenare coenā. l. 7. metuere metū. Pugnare pugnā. Plaut. Milit. Pseud. Amphiti. vid. Lud. Carrion in Val. Flacc. ad illud: Pugnataq; poscere bella.

Varro) Quintilian. instit. orat. l. 10. c. 1.

Filius mortis] Psalm. 79, & 102. ibi v. 11, hic, 21. 1. Sam. 20, 31.

Fil. arcus) Job. 41, 19. Est sagitta. *bovis*) Gen. 18. 7. vitulus subrumus Buxtorff. v. Casaubon: in c. 23. Matth.

Horat.) 2. Sermon. Sat. 6. l. 1. od. 14. Juvenal. Gallinæ filius albæ, Ita filia Martis, Roma θυγάτηρ ἄρη

Pini

Pindar.) illud Olymp. 2. hoc Pyth. 3.
Euripid. in Hecuba.

Hebr. ׀ַב) Ita vocant Talmudici ora-
culum divinum, quo post Prophetarum
tempora dicunt fuisse ipsis futura re vela-
ta. vid. Buxtorff. Abbr. 51. Plura è pinda-
ro & alijs collecta lege apud Conr. Rit-
tershusium Comm. in oppian. ἀλ. α. v. 735.

ἱμαχ. κ.) Ita Matth. 27, 19. & 8, 29. Jo-
hann. 2, 4. ׀ַב jud. 11, 12. 2. Sam. 16, 10. v. c.
Rittershus. Cyn. 1. Oppian.

Poëta) Virgil. Ecl. 2. Quintilian; qui-
bus sordent omnia &c. Cic. Liv. l. 4. Plin.
l. 15, & l. 35. Plaut. de illius ore fiunt for-
didæ. Tacit. sordet eloquentia.

εὐποιεῖν) Phalar. ep. 68 ἢ γὰρ ἀνδρὶ φιλοπά-
τριδι κάλλιον καὶ εὐπέπεστον ἢ δοκεῖν τὰς ἑαυτοῦ
πλίτας εὐποιεῖν. ׀ַב Psalm. 51, 20.

Vade tibi) Gen. 12, 1. ׀ַב ׀ַב ׀ַב ׀ַב &
Cant. 2, 10. & 4, 8.

Quid ait?) Terent. Andr. v. plura ap.
Buxtorff. de Construct. Dativ. p. 456.
Taubm. vel illos de Sapiëntia libros mihi
æstima.

Teutiscus) Was sagestu vns. Item: Scht
mir den Menschen an. Et: Laß mir daß ein
Reisl seyn.
Judæa)

Judaâ) Gen. 4, 1. 17, 25. & c. 19, 5. & v. 8.
c. 24, 16. 38, 26. Num. 31, 35. Jud. 19, 22. c. 21.
II. 1. Sam. 1, 19. 1. Reg. 1, 4. Matth. 1, 25.
Luc. 1, 34. Lambin. in Plaut. Mostell.
p. 378. Addam Grüterum: Noscere, inquit
& Cognoscere Hebræorum & Græcorum
proprium in re venercâ putârunt docti,
addant licet Latinorum. Plutarch. Romul.
ἐγνώτην λαρεντίαν. adde Casaubon. in N. T.

Quis) וְהָיָה מִי Ruth. 3, 16. vid. Bux-
torff.

Ἀγαθὴ τὴ χεῖρ) Notat R. Goclen. adm. m.
LL. q. v. & in venies plura.

ἐκπίπτειν) ita: ἐκπίπτειν πατρίδ. Phalar.
ep. 49. Æschyl. Prom. ἐκπίπτειν τυραννίδ. ἢ
ἐκπεσεῖν ἀρχῆς. Excidere uxore Ter. Andr.
Germ. Durch den Korb fallen.

λαλῶν) Phalar. ep. 59. ἐπεσαλκίως οὐ τι-
γχανῶ.

יָג) 2. Reg. 17, 29. Buxtorff. Pasor. de
Dialect. N. T.

Metaphoram) Taubm. Virg. Ecl. 3. Ve-
teres omnia magna vocabant divina, ut
& sacræ literæ passim. Pf. 104. arbores Je-
hovæ. Quod & ego non nego, agnosco
tamen

tamen in illis Scripturæ locis aliquid im-
 mediatum, ita prorsus ut mâlim penè $\tau\omicron$
 $\rho\eta\tau\omicron\nu$ quàm istam metaphoram. Conferat
 qui volet, scripturæ locos quosvis, fatebi-
 tur me aliquid vidisse. Nam in omnibus,
 hoc non volo. R. Kimchi Psalm. 65, 10.
 אל הוא כנוי לדבר הגדול / הנפלא Vox Elo-
 him est cognomen rei maximæ & admi-
 rabilis. Addam & Brod 1. 3. epigram. La-
 cones, inquit, quoties aliquem laudant
 bonum virum, $\delta\epsilon\iota\omicron\nu$ nominant. Phal. ep.
 54. $\delta\epsilon\iota\omicron\nu \acute{\alpha}\nu\delta\rho\alpha$ nominat Stefichorū. ut Vir-
 gil. divine Poëta. Et ep. 83. $\acute{\epsilon}\upsilon\epsilon\rho\epsilon\tau\eta\nu \eta\gamma\eta$
 $\delta\epsilon\iota\omicron\nu$, ubi expecta N. cum DEO. Trepida-
 tio אלהים 1. Sam. 14, 15. $\delta\epsilon\iota\mu\omicron\varsigma \delta\alpha\iota\mu\omicron\nu\omicron\nu\omicron\varsigma$. Op-
 pian. Cyn. 4. v. 262. Pindar. $\delta\alpha\iota\mu\omicron\nu\omicron\varsigma$
 $\phi\acute{o}\beta\omicron$. v. alia apud Erasm. Chiliad. in Ba-
 nicus.

מערה) Deprocul Plaut. Pers. 4, 2. De-
 repente Cic. pro Ligar. Plaut. Menæchm.
 2, 5. & Mostell. 2, 2. Notandum hic illud
 Donati in Hecyr. Terent. Der repente esse
 unam vocem, nam si separatim dicas, non
 erit Latinum. Malè igitur vir in Hebræ-
 is magnus separat. Talia sunt; Ad usq;
 abante, quod Hebr. Hagg. 2, 16. מטרם ,
 inante

inante &c. Talia sunt: Post partores Olim-
furores. Plur. Taubm. in Plaut. & Virgil.
olim-annis. Val. Flacc. l. i. Wower. in
Propert. observat, ante-cupido. Prius-
domina. nunc-dea.

Gallicismo) H. Stephanus initio Hero-
doti sui.

Venere propr.) Sunt verba I. Cæsar. Sca-
ligeri, quæ inculcat R. Goclen. Admon
LL. ubi vid. plura.

Flumen) Cic. Orat. Flumen verborum
& orationis. Ovid. i. Fast. Flumen inge-
nij. Hinc Horat. rapido torrentior amne.
Literarum flumine inundatus Petron.
κόρυπις παφλάζειν. Timocl. quo flumine
Quintilianus. Sidon. panegyri. Anth. Au-
gust. Aufon. Scalig. alij.

ætatum) In hisce partem sequimur Cl.
Barthl. calculum, qui Hirschbergero suo
non in eruditam opellam navavit, & si fa-
tetur ipse intrâ sextum decimum ætatis
annum sibi excidisse uno die. Habet & æ-
tates R. Goclen. præfat. Problem. LL. &
Cl. Dilherr. Orat. de Philolog.

Senect. fec.) ita vulgò; Florem inven-
tutis

tutis, fecem se nectutis dicimus quasi se-
nium vitæ hominis esset ὀμίχλη. Ita & fex
vulgi Cic. de fece haurire vocat humilia
confectari. Atq; hoc de vigore mem-
brorum non animi intelligendum. De
quo ad Epist. 128. Phalar. ubi inquit: ἄ-
λυπῆίμε πὶ γῆρας. id. de Agefilao prædicat
Xenoph.

Evandro) Aur. Vict. de orig. Rom. gent.
Nota quòd & Flor. init. epitom. c. 1 quinqs
Romani imperij ætates constituit.

Liv Andronic.) Agell. l. 17. c. ult. Primus o-
mnium T. Liv. Poëta fabulas docere Ro-
mæ cepit. Et Diomed. Grammat. Constat
apud Romanos primum Latino sermone
scripsisse Comædiam Livium Andro-
nicum.

Ticinnium) Cujus hoc recitat inter alia
Nonius: sapientiâ gubernator navem tor-
quet non valentiâ. &c.

Cat. Censor.) Cujus de R. R. cum frag-
ment. habemus operâ Auson. Popmæ &
Meursl.

Rusticos) Alludit Horat. l. 1. od. 10. lau-
dârunt Columell init. operis de R. R. Var-

ro l. 1. c. 2. Cato in præfat. Xenoph. Oeconom. Horat. epod. 2. & 1. Plin. l. 18 & junior ep. 17. l. 2. Lips. Cent. 2. ep. 8.

Lucilium) Plin præfat. ad Vespasian. Quintilian l. 10. In Satyra primus insignem laudem adeptus Lucilius Horatio fuit lulentus, de quo vid. ibid. Baud. v. l. amb. l. 1.

Pacuvium) id. ibid. Tragoediæ scriptores veterum Accius Pacuvius clarissimi, gravitate sententiarum, verborum pondere & auctoritate personarum. Epitaph. ejus vid. Agell. l. 1. c. 24. Hujus fragmenta à I. Douz. habemus.

Ennium) id. ibid. Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus &c. Ciceroni non parum charus fuisse videtur, ut qui multoties eo ceu teste gravissimo utitur. Macrobius versus ejus Virgilio imitatos recenset. Agell. de eo vid. l. 17. c. 17. Horat. vocet Patrem. In hunc P. Merula optimus exstat, & laudatur à Dalecampio.

Afranum) Quintilian. eum rogatis excellere ait. Nævio Plaut. tribuitos columnatum. Dicitur enim in commentando manum mento suffulisse. Turneb. Douz. Agell. l. 3. c. 3.

Ceci-

Cæcilium) Hunc à veteribus laudatum scribit Quintilian. Cic. ad Att. l. 7. ep. 3. est malus auctor Latinitatis Et Brut-Cæcilium & Pacuvium malè locutos, ait. vid. & statim init. de opt. gen. dicend.

Plaut.) Hunc nomen habere putant à $\omega\lambda\alpha\upsilon$, $\omega\lambda\alpha\upsilon$, sono canū latrantium. Douz qui & inde Blaffen ortum putat. vid. Cæfar. Scaliger. de caus. LL. l. 6. c. 29. & 129. p. 351. id. est qui & latinitatis limam dicit Terent.

Quem qu. est Pl. f.) Grüter: Plautus ex potillimâ parte tantum quantus est fecit Terentium. vid. judic. Barth I de illis qui docent Terentium præ Plaut. pueris legendum.

Serperastr.) Varronis vox. Quid sit docet Passerat.

Caput extulit) Caput efferre est eminare, è cœno progredi. Virgil. Ecl. 1. Caput enim arcem corporis vocabant. Seren. Principio celsi de corporis arce loquamur. Manil. l. 4. stetit unus in arcem Erectus. capitis. Claudian. altâ capitis fundavit in arce. Barth. adv. l. 1. c. 4.

Qui hominis &c.) Taubm. differt de LLs
Nequorum) Vell. Patercul. l. 2.

Omnium triumph.) Dixit de eo I. Cæ-
sar, referente Plin. l. 7. c. 30.

In id eveſt.) Vellejus l. 2. de Pompeio:

Tempeſtas) Invidiæ tempeſtas Cic. Ca-
tilinar: Temporum temp. Primæ ſyllabæ
iteratio ne mihi idem pariat à Rhetori-
ſtis quod Cic. qui dixerat, fortunatam na-
tam, præcaveo. Vid. igitur Vos. Inſti-
tut. orat. l. 2. Quintilianus iſtos Tullio-
maſtigas ridet, quem leg. l. 9. c. 4. Phalar.
Epi. *κατὰ τὸς ἰάται, γεννηθέντων γένη*, ubi expe-
cta plura. Gr. vocant *ὀξύμωρον*, cujus in
Aſchylo & Sophocl. aliquot obſervo ex-
empla ad ep. 128. Phalarid.

Anticaton.) Hæc fragmenta vid. editi
H. Pontan: ad finem adjecta omnia.

Paravinis.) Hæc didici à meo Doctore
Salmafio fun. Hellen. ubi vid & lege.

Inacceſſa) *ἀβατον ὕψος*. Græc. ut *ἀβατον*
φῶς. ſuprà verum ne cuiquam loqui vide-
amur, legatur I. C. Scal. Hypercrit. ubi
ſoli Maroni ſtatuit aras Æneida divinam
longè ſequi juber ſuam Thebaida Papini.

Caſ

Catull.) Cognominatus enim fuit doctus. Et quid in eo sepultum sit eruditionis docebit te Catullus Scaligeri. Nam antea in Catullo non Catullus erat, inquit summus C. Barth.

Tibull.) Lege epiced. ei ab Ovidio scriptum l. 3. Amor. El. 9.

Alicubi) Antiqu. Lectio. l. 2. c. 10. Propertium qui non amant, cum profecto Musæ non amant. Tanta ejus versuum suavitas, ut nil nisi mulla, ut ait Comicus, loqui videatur &c.

Facilitas) Quā in imitabilem dixit Erasmus

Gravitas) Sidon. Apollin. paneg. Anthem. August. Quā Crispus brevitate placet. Quintil. l. 10. eum apponit Thucydidi, de quo ante dixerat, esse densum & brevem. lege Carrion. Præfat.

Sallusti) ita docet Vossius, Barthius & Scalig. ἐὶς ἐμοὶ μέγιστος. v. edit. Manut. & Popm.

Amor Lipsi) Taubman. Dissertat. de LL.

Curtius) ita vocatur à Barth. diss. de LL. auctoribus.

Quintilian.) Martial. Quintiliane vaggæ moderator summe juventæ, Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Eleg. nequâms) vocatur à I. Lauremb.
sub finem Pasicomps.

Purissimus penis] vocatus est ab Augusto
Horatius Suet. August. Puto non absur-
dè ad Petronium translatum.

Purissim. Latin.) Audiatur Barth. Ulti-
nam, inquit, vel solo hoc Scriptore abes-
set obscœnitas, nemo eo unquam venu-
stior manum ad scribendum applicâset.
Lege in eum Wowerium & porriges ma-
num.

Quisquis ille) Alij Æmilium Probum,
faciunt auctorem. Barthius de hoc lon-
gam esse disputationem inquit, quam hic
finire non est nostrarum virium.

Vibice) Quintilian. l. 10. Magis orato-
ribus, quàm Poëtis annumerandus Sca-
ligero Hypercrit. latrare interdum vide-
tur non canere.

Phædrus] nitidissimè à Conrad. Rit-
tershus. editus.

Crux) Wower. vocat tenebricosum Sa-
tiricum. Ego respexi ad illud Virgilij,
qui dicebat, se posuisse Grammaticis cru-
cem in illo: Dic mihi &c; Ecl. 4. Casau-
bonus

bonus omnem caliginem discussit. Scalig.
ep. 104, scribit, listum auctorem sibi non
visum, qui ultra sensum Grammaticum
exponi mereatur &c. Extat novissimè
in eum Bondius, Farnabius. Fecit etiam
aliquid Lubinus.

Val. Max.) Putatur castrense loquendi
genus in civitatem Latinam invexisse.
Leg. Erasmi de Pronunc. LL. De quo ri-
dicula I. G. Vossius in instit. orator.

Val. Flaccus) Quintilian. l. 10 Multum
nuper in Val. Flacco amissimus. Scalig.
Hypercrit. tribuit ei ingenium felix, ju-
dicium magnum, diligentiam non vulga-
rem, sed duriusculum agnoscit. v. c. 6.

Plinius) Quorum ille Vesuvij montis
vapore suffocatus, quod junior persequi-
tur l. 3. ep. 5. & l. 6. ep. 16.

Auctor *graviss.*) Vocatur à Lipsio, cu-
jus in eum labor Barthio valdè probatur.
Redonatus prælo & luculenta editione
luci quasi redditus à Berneggero, cui ta-
men præter nitorem parùm debet. Expe-
ctamus ejus Commentarios. Gräteri in
eum labores præstantissimos dicit Scalig.
ep. 430.

Suetonius) Pulverem nulli reliquit Ca-
saubonus, de quo Scalig. ep. 40. Nihil vi-
di absolutius in eo genere. id. ep. 20. Tor-
rentio etiam plurimum debet.

Satyr. Princ.) I. Cæsar Scaliger Hyper-
crit c. 6.

Agellius) Priscian. Lips. Vossius. Philipp.
Caroli, qui id ex professo demonstrat.
Barth. tamen malit Aulus Gellius. Video
& Scaligerum ita scribere.

Ut *vulgò*) Planè hoc vult Adv. l. i. Barth.
ni fallor, nam liber non est ad manus.
Consentit Hugo Grotius.

Martialis) Raderus eum expolivit, de
quo Scalig. ep. 159. Valdè laudo operam
Raderi in Martialem. Et de Gruteri ep.
414. vid. & seqq. Scriverio tamen plus
tribuere videtur. vid. l. 4.

Claudian.) Vid. iudicium Cæsar. Scali-
geri Hypercritico:

Obicibus) Agell. l. 4. Scribit per duplex
I obicibus, quasi ab obijciendo. In car-
mine anceps. Longum Virgilio 2. Georg.
Silio l. 4. breve. Obicem ponere in The-
ologia quid sit, docet Hütterus.

Viri-

Viridis χλωρός.] Virgil. 6. viridisq; senē-
cta. 5. viridis juvena. Tacit. Agricol. c. 29
vid. Buchner. Ep. Plin. 24. l. 7. Barth. in
Adversar. Stephan. in χλωρός.

Firmatioribus) Barthius ita censet. Fir-
matus judicij, ut, Sallust. Hist. 3. firmatus
animi. Victus animi. Virgil. 4. Georg. For-
tunatus operum, lætus laborum, maturus
animi. Taubm. v. Zinzerl. in Val. Flacc.

Album) Adag. Athen. l. 4. τὸ λευκὸν καὶ μέ-
λαν οἶδε. Horatij verba sunt. Cic. dixit,
Alba & atra discernere.

Vernitatis] stylum non facile imitan-
dum censet Scaliger. I. Lipsius multa in eo
bona agnoscit. Adeundus est Colvius,
Casaubon. alij. Per duplex P. scribendum
quis moneat, non succurrit.

Tertullian.) Vid. Taubm. dissert. de
LL. Hujus de Pallio habetur liber omni-
um elegantissimus.

Florida) Utitur Jos. Scaliger F. de Op-
piano l. 3. ep. 247.

Arnobius] eruditissimus scriptor voca-
tur à Barthio in Adversar. & Mevrfio;
qui in eum extat.

Dra-

Draconius) Valdè mihi placet labor
J. Weitzl.

Firmicus] Scripsit Astronomica.

Ammianus) De hoc judicat ita Cl. Sal-
maf. præfat. de Hellenistic. q. v.

Sidonius) In hunc Savaro est optimus,
de quo Scalig. l. 4. ep. 333. Meministi quo-
ties operam, quam Savaro in illo Aucto-
re illustrando præstitit, tibi commendâ-
rim &c.

Ausonius) Divinè à Scaligero castiga-
tum dicit Barthius.

Prudencius) Eruditè hunc recensuit J.
Weitzius. Continet multa antiquitatis
monumenta. Barth.

Boëthius) Hoc dicit I. C. Scalig. Hyper-
critic. c. 5.

Symmachus) Jureto omnem nitorem su-
um debet. quem optimum & doctissimum
nominat Scalig. ep. 142.

Solino) Divinè dedit Cl. Salmafius. id.
& Stephanum.

Ligurtium) ad exemplum Oppiani &
Phædri dedit Rittershus. nitidissimum.

Iret) Donat. ad. Ter. Andr. ire inquit,
ad

ad exequias, & efferre proprie dicimus
cadavera.

Indicere.) Formula indictivorum fune-
rum fuit: L. Titius vixit, cui commodum
est ire exequias, ilicet, ecce ollus jam effer-
tur. Scalig. l. 4, 360. Illicet actum est de li-
teris. Et Cl. Salmasius fun. Hellen. Cui
libet exequias ire Hellenisticæ, ilicet, Ecce
illa jam effertur, v. Briffon. Form.

Rerum human.) Placet mihi illud Sca-
lig. ep. 53. Quanquam sexagesimus annus
de rebus nostris componendis ad incer-
tos rerum humanarū eventus nos monet.

à primord.) ita ferè Liv. l. 1.

Juro *D. immort.*) Scalig. ep. 311. Juro
Deum immortalem nunquam me tantam
imperitiam bonarum literarum cum tan-
ta superbia conjunctam vidisse.

Scoto) Scotum Scaliger vocat limam ve-
ritatis. De Thoma notum est illud præce-
ptoris ejus: Mittite mihi istum bovem.
Nam is mugiet aliquando ad tremorem
mundi. De hisce & alijs vid. Comp. Theol.
Erasm. p. 34. Referendi huc, Alanus, Bo-
naventura, Mammatrectus, Baldus, Bar-
tolus,

tolus, qui alicubi: Rusticus, inquit, quidam
falconem comitis Guidonis cepit, cum
sonaleis & jectis, & ipsum captum posuit
sub bancho, dando ei bectare panem &
caseum & rapas. Quid barbarius?

Obsessoribus) Val. Max. Obsessores ali-
eni matrimonij dixit:

Conterita] Plaut. Pœnol. & Næv. Con-
tentim conteri legiones.

Peniculus) Plaut. Men. a. 4, 2. Baxea au-
tem calceamenti genus. De quo Lips.
Elect. i. c. 13. Utitur Scalig. ep. 109.

Thurini) Recitas. Sueton August. c. 108

Umbras) Umbras falsæ gloriæ consecra-
ri. Cic. Pison. Est integra phrasis Tullij,
quâ utimur. Consecrari id. quod Gr. ἁγ-
γέειν s. ἀγρέειν, quo utitur ep. 77. Phalar.

Vanissimo) Petronij verba sunt initio
Satyric.

Carnifex) In quibusdam obtinet hoc
cavillum, quales persequitur, Weitzius,
Scalig. ep. 2. Gloriam ex nescio quarum
vorum commutationibus aucupari, angu-
sti est animi. Barth. Adversar. l. i. c. 21. Bo-
nos auctores à scabie Grammaticorum

de

defendere, est cum Hydrâ manum conse-
rere. Vid. Philip. Carol. Orat. de Critic.

Philologus] Non possum mihi tempera-
re, quin adijciam J. Scalig. F. in hosce Lu-
cumones elegantē lusum. Jamb. Gnom. 34.

Philologomastix & Sophista barbarus,

Sed iste nullis, ille paucis literis,

Hic veritatis osor, ille jurgij

Caprator, in nos tela dstringunt sua,

Et nostra dictis scripta discerpunt malis.

Sed nos laceffunt plumbeis macronibus,

Sophista & is quem pranotavi, sunt duo

Pari furore, dispari genio canes

Latrare mos hunc cogit ac feritas eum

Inscitiâ) Scaliger est qui hoc dicit, ad-
didi: nec a. c. p. Quoties enim videt ab
alio possideri, sibi quod desit, despumat
audacia ista in calumniam. Nota & Ca-
rolum M. affectâsse nomen Critici, quod
refert Theganus Chorepiscopus. Et Per-
gemus adhuc Criticorū spernere nomen?

Lucumones) Ausonij vox. De quâ Scalig:
in suis Lestionibus. id. ep. 32. Lucumo
Lausanensis. Douz. ad Tibull. cum isto

Lu-

Lucumonum genere. Conf. Turneb. Festum, Varron.

Edilium) Dilherr. orat. de Critic. vid. horum omnem historiam apud Dan. Heinsium Præfat. Aristarch. ubi unicè tractat

Sibilum] Nam quicquid populo minus probatur, id protinus exsibilabat. Horat: Populus me sibilet at mihi plaudo, Ubi clarè p̄ plaudere & sibilare opponit. Græc. *συρίτην*. Phalar. ep. 77. ὑπὸ ἀλήθους συρίτη-
σαι. Exigere vocat Ter. Andr. cui opponit stare Hecyr. stat cum placet, Exigitur cum sibilatur. Wower. notat & malos Poëtas lapidatos à populo. Si hoc obtineret, hodiè pauciores haberemus, ut ver-
tam seria ludo.

Literatorum) Hi erant Romæ Grammatici. Interquos Critici tanquam Censores: Literatores autem dicebantur, illi quos Poëta dicit pueris dare crustula, elementavelint ut discere prima. Hi & Notarij dicti. Hieronym. vocat & Librarios. Tertull. de Pall. Primos informatores literarum.

Æde *Apollin.*] De hoc planè leg. D. Heins. l. c. Sani

Sani color.] Petron. cujus & est illud:
saporis publici. Utrumq; à corpore hu-
mano. In hoc respexisse videtur ad illud:
Hoc est ad palatum, Non convenit pala-
to. Cibos enim qui nò sapiunt nobis eijci-
mus. Huc ivit Scalig. ep. 265, ad Elmenh.
Quod aliter tibi videtur non mirum.
Quod enim capita, tot sententiæ. Nam &
in cibus scis non unum omnium gustum
esse.

Confodere] jugulare, ὀβελίζειν dicuntur
de Criticis. Lusi olim: Hoc ferrum jugu-
lat, nigrumq; abstrudit in orcum. Hoc do-
ctos jugulans tollit ad astra viros. Utitur
Plin. l. 8. ep. 26. ubi ad Buchner.

In oculis] Phrasis Ciceroni usitatissima,
de quâ ad Ep. Phalar. 141. περιβλεπτῶν μόν-
αρχία.

Extrâ num.] Plaut. Menæchm. a. 3.
scen. 3.

Nullum] Verba sunt. Mureti Var. l. 8. c. 4.

Scriptorum] ita vocatur à Domitio Mar-
so. vid. plura apud Casaubon. de verâ Cri-
tica. Wower. Polymath. Voss. Gramm.

Retriment.] Retrimenta generis huma-
ni

ni vocat Scalig. 133. Loiolitas. Retrimen-
ta cibi, Varr. apud Non. περιπτώματα. P.
Victor. Explic. Varron. Verbum in re in
honesta honestum. Cic. reliquias vocat
Ita Lucret. l. 4. Saccatus corporis humor,
pro urinâ. Ita Veget Adsellare pro ἀφει-
γεύειν Græc. quod Plaut. Curcul. a. 2 quò
saturi solent. Ita Opitius noster de carmi-
ne quartâ Lunâ nato, Er gebe es hin vero
ehrt/da wo man an die Wand den blossen Kü-
cken kehrt. Scalig. alibi Delrium vocat. Lu-
tum & stercus generis humani, Et: Lutum
stercore maceratum, respiciens ad illud
Sueton. de Tibar. πηλὸν αἰματι πεφυρμένον.

I. Cæf. Scal.) De hoc Douz. Ingenium
cui Dijs & mens contermina cœlo, Cuncta
unus cunctos qui super unus erat. Lipsius
eum tribus illis quos humanum fastigium
excessisse scribit, Hippocrati, Homero &
Aristoteli, addit.

Non omnium] Ep. 17. Nempè id quod
toties ex me audisti, Non omnibus datum
esse bonos auctores emendare.

Conjectura] Scribit de eo Mir. cujus ver-
ba lege præfixa volumini Epistolar. Lips.

Extrâ

Extrà *omn. al.*) Plin. de Tull. Præfat. ad Vespas. Scalig. ep. 61, de Heinſ. Est ingenium extrà aleam. Et alibi Casaubonum omni exceptione majorem vocat. Profectò iste Vir meretur magnam admirationem.

Olim) Vid. Epist. 457. Scalig. ad Scriber. Aristarch.) Abijt in proverbium. Vid. Heinſ. Aristarch. Præfat. Quem verſum in Homero ille non probavit, is non fuit habitus pro Homericò. Cl. Dilherr.

Hircos. g. *Cæneur.*) Pers. Sat. 5. Et sat. 3. Hircosus est ἀργόμοσ, olidus, ita Plaut. hircum vocat immundum. Vid. interpret. in Horat. Epod. 12. & Catull. ep. 64.

Nat. per. *ſalt.*) Physicorum est: Natura non agit per saltum. Vide lepida apud Pafor. Præfat. Hesiod. de hoc adag.

Hercules) Sen. Herc. Fur. A. 1. In ferna tetigit, posset ut supera assequi.

Cruda) Petron. Satyr. cruda vocat, quæ nondum ad maturitatem pervenerunt. Ut cruda poma Cic. uvam immitem Horat. Crudus homo est Gr. ἀμὸς. phal. ep. 23.

Illotis man.) ἀνίπτοις χερσί. Nescio quid

E

III

in manibus religionis statuerit Antiquitas. Abaris jubet Phalarid. ep. 57. καθαρεύειν ψυχῇ καὶ χερσίν. Pilatus ἀπενίψατο τὰς χεῖρας, ut testaretur innocentiam. Cujus quidem consuetudinis Casaubon. nullum se reperire ait vestigium, tamen puto ex isto expiandi more fluxisse, aut Pilatum futurum quasi profecto habuisse. Sciebant enim & Ethnici τὸ θελημα esse τὸ ἔργον. Ideòq; lavat manus quasi καθαρύσων illas à fundendo in quod consensisset Christi sanguine. vid. Casaub. in h. l. Matth. 27. Et Hug. Grot. p. 482. qui huc facientia elegantia affert:

Labor. *grad.*) Verba Petron. cujus & seqq. paucis mutatis.

Cornicari) Est Græc. κρώζειν. Perf. cornicaris ineptè. Scal. ep. 106. Quis hodiè non cornicatur Hebraicè? κρώζειν ἀμυσσαν dixit Lucian.

Amor. *sui*) Ita vocat Horat. l. 1. od. 18. Gr. φιλαυτία. Scalig. & Lips. δοκησισοφία ep. 10 δοκησισοφία quam multos perdidit.

Afflavie) Petron. vid. ibi Douz. & Wower. ita & Baud. Poëm.

Arcem

Arcem Culic. Virgil. Summa Sapiencia
pangeret arce. ubi vid. elegantia apud
Taubm. & Conf. Tabul. Ceбет. sapien-
tissimam.

Viam ver.) Lucret. l. 2. initio. Consul.
indic. Gifan:

Imperitia) Hermol. Barbar. l. 12. ep. 31.
Politian:

Perdit) Scalig. Ep. 254. Certè lingua-
rum cognitio & ea quidem non supina
aut proletaria, ut sic dicam, sed elegans
atq; accurata, fulcrum est & basis, in qua
tum omnium scriptorum libri, tum in pri-
mis sacrorum Bibliorum & Historiarum
monumenta nituntur Plura ap. Casaubon.
& Taubm. Lanc. Satyr.

Umbratica) Umbraticus doctor Petron.
est scholasticus. Plin. l. 9. ep. 11. Umbrati-
cas literas, quas Senec. ap. Tacit. l. 14. in
umbra educatas. Ego eo sensu, quo supra
rerum umbras.

Ludibria) *παρωδια* Petron.

Seculum) Scal. ep. 52. Cum adolescens
literis operam darem, nondū eò insanix
progressa erant ingenia hujusmodi &c. l. 1.

Eluctant:) Scal. ep. 330. Cum hæc cate-
nata negotia eluctatus fuero.

Longobard.) Hi unà cum dominio in-
tulerunt in Latium barbariem. Unde &
Longobardicus character. Tres paroxy-
smos LL. statuit Alsted. Histor. c. 10. 1.
tempore Quintiliani. 2. Ostrogottorum
& barbarorum in Italia, circa A. D. 480.
3. circa annum Christi 800, ubi à Carol.
M. purgari cœpta.

Aldigerio) Malè Vir magnus Aligerius,
si rectè observat Cl. Dilherr. & R. Goclen.

Secutores) Romæ gladiatorum genus
erat eorum qui adversus retiarios pugna-
bant. Scal. ep. 12. Valentissimus mirmillo
non satis habet cum uno componi, te se-
cutorem mihi facit. Vid. Lips. de Gladi-
atoribus.

Petrarch.) Vid. ejus vitam in Iconib.
Boissard. de stylo Erasmi. de Pronunc. LL.
Recitat quæ seqq. Taubm. Dissert. de LL.

Poëtas) coronandi mos quando cœpe-
rit docet I. Scalig. F. Lect. Auson. l. 1. c. 10.

Valla] Homo nobilis Romanus, cui
versificator aliquis *Loiolita ob* *περίησιον*
suam

suam de donat. Constantin. hoc epitaphi-
posuit :

*Hic est Valla situs, qui nulli parcere novit,
Si queris quid agat, jam quoq; mordet humū.*

Certum tamen est fuisse amarulentiozem.

Dubium) Elegantia, Vell. l. 2. nescias
pro eo ponit. Plin. l. ep. 3. per dubitem
exprimit. Phalar. ep. 70. οὐκ οἶδα, accedens
ad illud Vell. Gr. ἀδηλον. Scal. ep. 66. In-
certum. & l. 4, 350. stultitiam majorem an
malignitatem?

Merula] Vid. Politian. Epist. l. 9, 2. &
seqq. & de Scalæ l. 5, ep 4. & seqq.

Apicem] literæ fummitatem, propriè.
Nam apex idem est quod κερυφή. Dominus
Matth. 5, 18. κεραίαν dicit. Ubi simplicissi-
mè statuo cum Hug, Grot. esse παροιμιώδες.
Nam puncta inde aut accentus exterebra-
re, id nimis est perspicacium. Pro minimo
quoq; ego hic sumo. Atq; ita puto & Do-
minum nostrum Jesum, omnium optimè
sentit hac de re H. Grotius.

Politissime) Vocatur ita ab Erasmo & alijs;

Mantuanus] Poëta non infimæ notæ.
De quo tamen vid. Scalig. Hypercrit. c. 4.

Barbarum) Tàm febriculosè Ciceroni-
anus, ut ad Longol. scriberet, legendis
Biblijs dedicisse se Latinitatem Cicero-
nianam. Hoc in Barbaro est barbarum.
Aliùs Pindari odas præferebat Psalmis
Davidis. Pecudes sunt nedum Christiani.

Beroald.) Scalig. ep. 229. Matth. Bero-
aldus Vir doctus, & quod familiam ducit,
pius.

Agricol.) Erasmi Chiliad. valdè laudat.
Barbarus ei ita parentavit:

*Invida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam Frisij spemq; decusq; soli,
Scilicet hoc uno meruit Germania quicquid,
Laudis habet Latium, Græcia quicquid habet.*

Rembum] De cuius servâ Ciceron. imi-
tatione judicantem lege in Epist. Lipsiũ.

Manut.) R. Goclen. Vocat genuinum
Ciceronis filium Cl. Dilherr. eo neminem
propius ad genuinam Tullij venustatem
accessisse scribit. Erasmus ingenio & sty-
lo. Manut. tantùm stylo, ingenio non tàm
propè, quàm Erasmus.

Culpâ) Horat. l. 1. od. 6. culpâ deterere
ingeni. Aliquoties utitur Ausonius.

Cujus

Cujus oper.] Erasmi verba sunt. Reliqua Scaligeri l. 1. ep. 19.

Melanchthon) Hoc nomen ei imposuit Reuchlinus, qui cum Romæ Capnionis per amicitiam reportasset, reversus cum Philippo iocatus similiter ei Græcum nomen imponit. Quod & retinuit, & fecit ferè isti Capnionis antecedere.

Scienciam) Philipp. Bonamicus Profess. Patav. in Ital. de eo. Videri sibi istum hominem incipere Latinè loqui, Melanchthoni constabit suus honos.

Dicebas) Recitat Taubm. dissert. de LL.

Lumina] Vid. Rittershus. Epistam præfix. Centur. 2. Hor. subsecivar. & Scalig. ad Becman.

Cicero] Est judicium Weitzl Method. pædagog.

ὁ Σαυμναρ) Heins. ad Casaubon. Weitzius eum vocat Σαυμάσιον. Profectò Neander fuit homo literarum omnium scientissimus.

Major] Barth. in Adversar. hoc de illo scribit.

Vos) Homo nunquam satis laudandus,

scripsit de Arte Grammaticâ, institut.
Orator. De Historic. Græcis, & Latinis,
Histor. Pelagian. De Idololatria l. 3. & alia.
Ego judico omnium eruditissimum esse
illud de Idololatria. Quilegit, accedet
mihi.

Vir f. Vir.) Nescio de quo dictum à quo-
piam, Ego jure de Casp. Barthio, cujus vi-
ri magnitudini hoc unum defuit, quod ju-
stum laudis præconem non habuit. Bel-
gium eum fecisset majorem.

Ut hoc &c.) Recitat Taubm. Dissert.
de LL.

Pangunt] Pangere versus, Lucret. l. 1.
Horat. Art. miro poëmata pango Cic. l. 16.
Tyron. 18. An pangis aliquid Sophocle-
um? Benè Muret Epist. Bonum versum
scribere, est admodum difficile, medio-
crem, inglorium, malum, turpe Ideò mo-
net nescio quem abstinere manū à Poësi.
Quid si dicerem, Versum bonum scribere
esse difficilius quàm hodiè librū? Omnia
ad rationem.

Musis) Hor. 2. ep. 1. vocat malè natos
Conf. Petron. Satyr.

ali-

[*Aliguis*] Taubman. Dissert. de LL. Addam
hic C. Rittershus. Cyne. 3. Oppian. v. 159.
Quicquid, inquit, ἐπ' ἀκρῶν γλῶττων ἦλθεν
id statim evulgamus &c. Quod si studia
nostra ad monumenta eruditæ vetustatis
& cognoscenda & intelligenda transfere-
mus, idem nobis sæpè accideret, quod
Platoni teste Ælian. l. 2. hist. & Laërt. l. 3.
qui cum principio ad Poëticam adjecisset
animum, & ἐπιη facere incepisset tandemq;
ea ad Homeri versus collata examinâset,
in ignem conjecit, quod longè deteriora
Homericis sua deprehendisset.

Minus erit) Petron. ita Hieronym. Mi-
nus est omne quod dicimus. Tibull. dictis
ut non majora supersint. Heliodor. ἐδὲ
δυνατὴν vocat τῷ λόγῳ φράζειν. Wower. Bôck-
ler. fam. August. D. Brunswic. quicquid
adjunxerimus vocabulorum, minuserit
uno vocabulo. v. p. 4.

Desid. *Eras.*] Antè dictus fuit Gerard
Gerd Gerardus Gerardi, ipse Latinum
maluit. Vid. Voss. instit. orat. qui hoc
recitat.

Iratas) Petron. Junonem meam iratam
habeam.

Lar-

Larvis) Ita respondebat Plancus. Hi-
stor. leg. in fin. præf. Plin. Vespasian.

Psectici) Nisi fallor scribit Centur. ult.
nam liber non est ad manus. Fecerunt
quondam Sceptici sectam, faciunt nunc
Psectici (fortè elegantius Sceptici) & erit
magna manus. Major quàm pro numero
dicit Curt. l. 3. c. 3.

Stirpe] Dicit ipse Josephus ep. 141.

Imperatoribus] Vid. Ep. 1. de gent. Sca-
lig. Bartholomæus Canis Scaliger duxit
Elisabetham Cæsaris Ludovici Bavari
filiam. Et J. Josephus ultimus istius lineæ
de se: Ego, inquit, sum septimus ab Impe-
ratore Ludovico & Illustrissimâ Hollan-
diæ Comite Margarethâ. Pudeat hic o-
mnes de fece qui Scaligerum indignè
rodunt!

Supergressos] ordines foed. Belg. in Epi-
taphio quod ei posuerunt, inter alia ita
scribunt:

IMPERIUM, MAJORIBUS.
EREPTUM, ERUDITIONE.
INUSITATA, RECUPERA-
VIT.

Rho-

Rhadomann.] Ep. 402. Nemo est hic qui
Græca velit, adeò tepescit Hellenismus.

Aurum] Horat. redeant in aurum Tem-
pora priscum. Respicit ad χρύσεον αἰῶνα He-
liod. in Erg. l. 4. öd. 2.

Gruterum) Scalig. ep. 149. vocat opti-
mum virum & multarum literarum & qui
nihil non efficere possit modò velit.

Heinsium] vid. ep. Scal. 55. 91. &c. Dil-
herr. vocat vivam & obambulantem bib-
liothecam v. Baud. Poëm. Jamb. l. 3. & 4.
p. 190, 192.

Renasce. *Ant. an.*] ita vocatur Grüter in
Plaut. Et profectò merito. Nam nihil est
laudis quod illi viro non debeat. Sal-
mas. observ. ad jus Att. & Rom. vocat an-
tiquitatis Romanæ peritissimum.

Somn adim.] Utitur Scalig. Epist. 104. l. 19

Athenæum] Scalig. ep. 65. Non sim so-
brius, si post te aliquid &c. Tanta mihi ad-
miratio illius ὑπερφύσῃ tui operis incessit.
Hæc passim pluribus.

Theophrast.] Ep. 35. Quum plurimum mi-
hi salivam movissent Theophrastei Cha-
racteres tui &c. de potestate mei exivi.

Per-

Persium) li 2^o ep. 164. Tu illi scriptori
animam dedisti & apud admiratores suos
effecisti, ut aliâ parte admirand^o fit, quàm
quâ ipsi censuerunt. Barth. *Persium* Ca-
sauboni præ omnibus meritò admiramur.
D. Baud. Jam. l. 3. p. 123.

Sueton.] id. ep. 40. Nihil vidi absoluti-
us in eo genere.

Affecta] Affectum dicitur quicquid non
recepit ultimam manum. Scalig. *Paginæ*
Eusebij affectæ &c. Taubm. de *Hercul.*
suo *Academ.* Affectus magis quàm perfe-
ctus. Agell. l. 3, 15. *Affecta* dicuntur quæ
non ad finem ipsum sed proximè finem
progressa deducta sunt.

Ing. h. p. quicq;] Versus *Propert.* de *Ro-*
mâ l. 3. El. 21. Natura hic pos. quic. ubiq; f.

Grotium) *Baudius*, *Heinsium* & *Groti-*
um vocat incomparabile juvenum par.
Taubm. in *Lanc. Satyr.* v. *Poëm. jamb.*
l. 4. Ego olim :

Grotius ingenio. scripti an nomine major &
Grotius in cunctis Grotus ubiq; fuit.
Salmas. observ. ad jus Att. & Rom.
Vir re & nomine magnus.

Et Piscator ad illum:

Non temerè ergò tibi sed cum ratione locuta
Cognomen GROTI Belgica Lingua dedit.

Scripsit, Mare liberum, De jure pacis
ac belli, Notas in Evangel. ubi nemini in
dexteritate cedit, in Lucan. admodùm
adolescens & Martian. Capell. in quem
leg. carmen Scaligeri, & alia, vid. & laudem
ejus Præfat. Freinshem. in Tacit.

Componeres) Componimus mortuos,
Horat. omnes composui felices. Ita Virg.
l. 1. Æn. diem componere quod Plauti
dies mortua est. Nascitur autem cum sol-
oritur. Scalig. Belgæ quantum video me
component. Vid. Douz. in Tibull. & J.
Kirchmanum de Fun. Rom. opere exudi-
tissimo. & Wower. ad Petron.

Vivi) sunt verba Vell. Patercul. l. 2. ma-
jus & c. versus est Propert. l. 3. Addam Sal-
lust. orat. de rep. ordin. Vivos interdum
fortuna sæpè invidia fatigat, ubi anima
naturæ cessit, demtis obtrektoribus ipsa
se virtus magis magitq; extollit. Nimi-
rùm tum intelligimus quid amissum.

Justinian.) Quidam Historici ἀγαπῶ-
μεθα

perituisse scribunt, Procop. Jornand. Sa-
bellic. eruditionem ei tribuunt. In reli-
gione sincerus fuit, adeò usq; ut Synodum
Oecum. quint. Constantinopoli cele-
brandam curaverit a. Chr 553.

Tribonian.) Vir Magnificus, Exquæ-
stor, Exconsul, ita vocabantur qui istis
muneribus jam defuncti, erant Suid. &
Procop. hominem paganū fuisse tradunt.

Phrynich.) Ἀφίμοις omnes notavit.
Scal. ep. 387. non esse meliores Hellenis-
mi magistros Phrynicho & Thomā Ma-
gistro scribit. Hesychium vocat Salmas,
de Usur. fundum Hellenismi.

Mauro) Nazione fuit Maurus, at scripsit
Latinè & elegantè de Metris & Syllabis.

Cujaci) Taubm. Dissertat. de LL.

Fabri) Fuerunt duo Petrus & Nicolaus.
Ille semestre otium & Agonistica scripsit,
hic inter alia in aliquot Senecæ libros. U-
terq; vir doctus.

Briffoni) Scripsit aureum de Formulis
librum, nemini non legendum, qui volet
politioris literaturæ studiosus videri.

Arabica) Conf. Jos. Scalig, F. Epist. 362.

Lite-

Literarum] Verba Petroni sunt. v. N.
supr.

Theologiam *invad.*) Scalig. ep. 424 ad
Grüter. juvenus nostra quæ studijs The-
ologiae dicavit se à Grammaticis statim
ad *mentè ræ Quoràm* se confert &c. quod qui
hodiè non facit à Baronibus istis sannā &
ciconiam meretur pro laude. Baud. jamb.
l. 1. Illicet Latinitas Effertur p. 6.

Oraculum.) Ep. 25. & 251. ad Vassan. fratres
Non *mag. sap. q.*) verba sunt Petroni.
Valdè torquent eruditos. Douz. optimè
omnium judicat & Barth. Adv. l. 19. c. 21.

De *tonare*) Virgil. l. 11. Tona eloquio
Propert. l. 3. 16. Pindarico spiritus ore to-
nat. Plin. præf. Vespasian. Fulgurat vis
eloquentiæ. Cic. ad Papyr. verborum ful-
mina. Quidam de Luthero concionante,
eum sibi visum tonare non loqui scripsit.
Audaciola) Scalig. l. 2. ep. 162. Comitas
tua audaciolæ meæ animos fecit.

Absorbeor) Cic. Brut. Absorbuit hunc
quoq; æstus gloriæ.

Studij) Hæc omnia sunt Weitz I ep. ad
Dilherr. Hinc Barth. Philologum nihil
debere ignorare gloriatur.

Gur-

Gurges) Cic. Gurges & vorago patri-
monij. P. Latro. declam. in Catilin. gur-
gites libidinum.

Ducent) Anno Christi CCCCXIX. coe-
pit. v. Dresser. Part. 5. Isag. Bert. Clüver.

Sequestr.) ita vocatur à Phæbadio l. de
Trinitate Baud. 11. Jamb. fin. ad Cornel.
Vandal. Ad sequestrem, & mediatorem
generis humani. Et prec. ad Christ. ô mi
sequester. Quid Romæ fuerit docet Agell.
l. 20. 10.

Symphocetea) Vocat & suos Phalar. Ep.
CXLI. ubi expecta jucunda cum DEO.

Nurus] De hoc similiter ad Ep. Phalar.
LXXVIII.

Terminal.) à Termino Romanorum DEO, unde
& symb. Erasmi. Concedo nulli Terminus. Lege de
hoc conjectan. in Varr. Scaliger. Passerat. Victor.
alios Utitur ita Taubm. ne quidquam sine auctorita-
te posuisse videar, in fin. Virgil.

TERMINALIA SUNTO.

De Terminalibus vid Dalecamp. ad l. 28. c. 2. Go-
thofred. ad leg. XII. Tab. Erasmi. Epistol. quâ explicat
cat suū symbolū: CONCEDO NULLI TERMINUS.

De illo vulgi Dixi vid. Instit. Orat. Vofsl. Scalig.
ep. 117. hic terminus hereat.

Et hic hereat!

DOMINO JESU LAUS
ET GLORIA!

tri
ur

oe
r.
le
el.
em
mi
ell.

ip.
o.
ar.

de
de
or.
ta

o-
cat
is.
g.

Literarum] Verba
supr.

Theologiam in va
Grüter. juvenus no
ologia dicavit se à
ad *μετὰ τὴν Φουκὰ* se c
hodiè non facit à Ba
ciconiam meretur p
l. i. Ilicet Latinitas


Oraculum.) Ep. 25. &
Non *mag. sap. q.*)

Valdè torquent eru
omnium judicat & I

De tonare) Virgi
Propert. l. 3, 16. Pinc
nat. Plin. præf. Vel
eloquentiæ. Cic. ad
mina. Quidam de L
eum sibi visum ton
Audaciola) Scalig. l.
tua audaciolæ meæ

Absorbeor) Cic. B
quoq; æstus gloriæ.

Studij) Hæc omn
Dilherr. Hinc Bar
debere ignorare glo



nt. v. N.

p. 424 ad
dijs The-
is statim
quod qui
sannā &
ud. jamb.

San. fratr

Petroni.

z. optimè

l. 19. c. 21.

a eloquio

us ore to-

lgurat vis

orum ful-

cionante,

ai scripsit.

Comitas

GUT-